

Lorenz Bodock Johann Georg Dorsche

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus D. Ad
Panegyricum Memoriae Meritissimae Viri pridem ... Dn. Henrici Schuckman/ ICti,
Antecessoris Academiae & Assessoris Consistorii provincialis incomparabilis
Consecratum Publicandumque Octobr. XXIX.**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777422107>

Druck Freier  Zugang



Dorscheus, J. G.,

in

H. Schvckman.

Rostock, 1656. /b

/b.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES GEORGIUS
DORSCHENS D.

AD
PANEGYRICUM
MEMORIAE MERITISSIMAE

Viri pridem

Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimiq;

DN. HEINRACHI
SCHROEDER/

JC^{ti}, Antecessoris Academiae & Asses-
soris Consistorii provincialis
incomparabilis

CONSECRATUM
PUBLICANDUMQUE
OCTOBR. XXIX.

Clarissimo, Consultissimo & Excellentissimo VIRO

DN. LAVRENTIO BODOK V. J. D.

& Oratoriae Prof. Publ.

CIVES ACADEMICOS

*Omnesq; literatos & literatorum Patronos ac Amatores
per amanter, obnixè & officiosè
invitat & hortatur,*

Omnia omnibus prosperrima precatus!

Rostochii, Typis Hæredum Nicolai Kilii, Acad. Typog. Anno 1656.



Miseriarum horrendarum, quibus obruta fuit Israelitica Respublica circa excidii Babelici tempora, fastigium miserimum explicaturus in Threnis Jeremias, cordatissimus Prophetarum, Cap. 5. v. 14. ait nomine plangentis Ecclesiæ: מִן־שַׁעַר־שֹׁבָיִם לXX. a Senes in Ægypto Ptolomæo ita reddidere. Πρεσ-

βύται ἀπὸ πόλης κατέπαυσαν. Latini ita fontes expresserunt. Vulgatus: *Senes defecerunt de portis.* Santes Pagninus, quem retinuit B. Arias Montanus; *Senes de porta cessaverunt.* Tigurini, quos sequi solet Franc. Vatablus: *Senes desunt in portis.* Seb. Munsterus: *Senes de porta defecerunt.* Hunc secutus est R. Stephanus. Fr. Junius & Im. Tremellius: *Senes è porta cessant.* Probat Piscator. Chaldæus habet: מִן־שַׁעַר־שֹׁבָיִם סֵנִים סֵנִים *Senes è porta synedrîi cessarunt.* Germani ita reddunt: *MS Crum antiquum.* Die Alten geprastten von den Thoren. B. Lutherus. *Es sein die Alten nicht mehr vnter dem Thor.* Joh. Dierebergius. *Es sitzen die Alten nimmer unter den Pforten.* Joh. Piscator Herborn. *Es sitzen die Alten nit meher unter dem Thor.* Hebr. Die Alten haben vom Thor auffgehört. Belgic. *De Dûden en sitten nit meer onder de Poorte.* Anglic. *The Elden have ceased from the gate.* Danic. *Der fattedis gamle aff Pporten.* Italica Giovan. Diodati: *I vecchi son restati di ritrovarsi alle porte, & addit in schol. delle cità, nellequali si tenevanoli raunanze i giudicii, i consygli.* Gallica Genèv. *Les anciens ont cessè de se trouuer es portes,* Propheta nimirum plenus divino Spiritu in omnes partes afflictissimæ Re- publ. circumfert oculos, videt hiatus, rudera, ruinas, defectus ubiq; maximos, intuetur omnes societatis humanæ nexus, sexus, ordines, partes, & undiquaq; omnia suis destituta præfidiis, subsidiis, auxiliis, consiliis, munimentis deprehendit. Inprimis introspicit in juris atq; iustitiæ officinam. Ibi requirit מִן־שַׁעַר־שֹׁבָיִם. Tales Hebræis dicuntur tum quoad ætatem, tum quoad sapientiam & dignitatem: quia sapientia ut plurimum in senibus reperitur, & seniores ob sapientiam in consilium & gubernationem adhibentur. Et hi sunt in aulis Regum consiliarii, in civitatibus Senatores. *Esd. 10. 8. Ruth. 4. 9. Ezech. 7. 26. Ex. 3. 16. LXX. nunc reddunt γέροντας Job. 32. 9. ubi dignitas & prudentia respicitur. Prov. 17. 6. & c. 31. 29. ubi γέροντες ἐν συνέδριῳ μετὰ τῶν γερύτων: nunc γερουσία Senatum. Ex. 3. 16. c. 4. 29. c. 12. 21. Deut. 5. 23. c. 19. 2. c. 21. 2. conjungitur cum κραταίς. v. 3. 4. 5. 6. 16. est γερουσία τῆς πόλεως Conf. c. 22. 18. & c. 25. 8. & v. 7. ἐστὶ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν γερουσίαν. nunc πρεσβεία. 1. Reg. 8. 4. nunc*

nunc *πρεσβύτας*. Gen. 43. 27. Ex. 10. 9. Es. 3. 2. conjungitur *διηγήτης*, *πρεσβύτης* καὶ *πρεσβύτης*. nunc *πρεσβυτέρης*. Gen. 18. 12. Ex. 17. 5. c. 18. 12. Et vocantur tum in genere *πρεσβύτεσι* *Ισραήλ* Num. 11. 30. Jos. 7. 6. 8. 10. *ἔτι* *πρεσβύτεσι* *λαῶν* Num. 11. 16. Ruth. 4. 3. *ἔτι*. tum singulariter *πρεσβύτεσι* *τῆς συναγωγῆς*. Lev. 4. 15. Jud. 21. 16. *ἔτι* *πρεσβύτεσι* *πλήρωσ*. Esdr. 10. 14. *πρεσβύτεσι* *τῶν ἱερέων*. Es. 37. 2. De *דיבני* seu presbyteris copiose agit Janus Selden lib. 1. de Synedrüs cap. 14. à p. 549. & sequentibus, & ostendit I. palam esse ex sermone sacro, ex Jethronis circa Judices à Mose constituendos consilio, etiam ante ista Mosis instituta, velut ex more tunc à majoribus receptissimo, nomen istud ad præstantiores & eminentiores populi fuisse applicatum. Probat hoc ex Ex. 3. 16. 18. c. 12. 21. *ἔτι*. 17. 5. 6. Et hoc nomen jam tempore Josephi Regis Ægypti præfectis & primoribus, sive primariæ dignitatis proceribus, qui Proregem Josephum in funere parentis adornando venerati fuerunt, tributum. Gen. 50. 6. Hebræos post legem constitutam circa *טבני* presbyterorum creationem per manuum impositionem, quam *סמיכה* in Gemar. Babylon. *sanhedrinc*. 1. fol. 4. 5. *ἔτι*. vocant, observasse, ut alios in dignitatem docendi, ac ligandi seu iahibendi, & solvendi seu permittendi id est, casus conscientiæ & dubia sacra definiendi, seu velut Doctoratus Theologiæ universæ crearent: alios in theologiæ capitum aliquot tantum particularium explicandorum, quæ *יחריט כרי* vocarunt, velut in doctoratus theologiæ limitibus certis circumscripti dignitatem collocarint: alios (quod frequentissimum erat) potestate, licentia, seu potius capacitate causas qualescunq; cognoscendi donarint, doctores sic juris simul ac theologiæ suæ creantes: alios deniq; causas aliquot duntaxat, veluti pecuniarias, non autem capitales permiserint: non tamen ita, ut ex ipsa ejusmodi creatione judiciariam inde sibi quis nancisceretur aliquam potestatem, quam ex ipsa creatione sola actu exercere posset, sed ut ex creatione ejusmodi tantum capax fieret præfecturarum juridicarum, atq; ut inde in judicium collegia ac synedria sive magna, sive minora potuisset, nec aliter ritè, cooptari. Hinc Targum, cum Ex. 19. 7. dicitur, quod Moses convocaverit *לוקני העם* presbyteros populi, reddidisse *להכימם* sapientes Israel. III. fuisse antiquissimum hujus nominis etiam apud alios populos, in præstantia tum præfectorum, tum aliorum, qui in eminentiorum numero fuerunt, designanda, usum, eumq; per omnia secula ubiq; fere gentium adeo amplum, ut titulus seu nomen aliud dignitatis haud quaquam omnino reperiat, æque priscum simul ac

diffusum, & tam diversi modè ad dignitates ejusmodi indicandas adhibitum. Deduoit a hoc ex omni literatura à p. 557. ad p. 608. Chaldaeus usurpat vocem **כס**, quæ *canos* notat, à **כס**, quod Hebræis est **כש** sive **כש** *canuit*. Hinc Prov. 16. 31. *Corona ornatisima est canities, quæ in via justitiæ invenitur*. Seu, ut B. Lutherus vertit: *Grave Haar seind eine Cron der Ehren, die auff dem Weg der Gerechtigkeit erfunden werden*. Nec malè Vulgatus: *Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperitur*. Quæ verba pulchrè representat Philo Jud. in Legat. ad Cajum: *Aetas ipsa senem quasi defunctum laboribus & emeritum militem canis coronat. Quid enim aliud canities, nisi populeum aut floridum sertum?* Gregor. Nazianz. Orat. in plag. grandinis p. 85. per coronam, itam, sapientiam intelligit annorum progressibus emendatis quæsitam, quæ senibus ad docendum & consulendum dignitatem conciliat. Requirit autem potissimè Jeremias **זקני** *senes* pietate, justitia, cæterisque luminibus radiantes **עש** *in porta*. **עש** Chald. **עש** primo notat *portam urbis*: Vnde portæ urbis Jeru' al. novem, 1. *porta ovium*, seu **עש** *pecuaria*, templo proxima, inter meridiem & ortum: 2. *porta vallis sc. Josaphat*, vocata & postea *aurea*: 3. *porta fontis*, prope fontem Siloe. 4. *porta Davidis*, cui turris David & ejus urbs in monte Sion, in cujus latere erat, superimminebat. vocata & *porta negotiatorum*, quod per eam transitus esset in regionem occidentalem in Emmanutna, Berthelem, Hebron, Egyptum, Ethiopiam, Gazam, Joppen, & maritima. Et quia pisces per eam Jerosolymam inferebantur, etiam dicebatur *porta piscium*. s. *porta vetus*, jam tempore Jebæorum extans, nec ab Assyriis diruta, dicta & *porta judicij*, utpote Calvaria proxima, quorsum ultimo supplicio efficiendi ducebantur, extra quam Christus crucifixus, *Hebr. 13, 12*. inde patebat exitus in occidentem, Tyrum & Sidonem versus. 6. *porta Ephraim*, in regionem Ephraim exitum præbens & Ephraimitis trita, vocata & *porta equorum*, quod per eam Rex cum equitibus egrederetur ad locum, ubi equi regii in stadio decurrebant. Ex hac ibatur ad Dan, Sichem, Samariam, Galileam, Emath, Damascus, contra aquilonem. 7. *porta Benjamin*, perquam in tribum istam exitus erat & cameli ligna pinea ex sylvis Benjamin Hierosolymam importabant: vocata & *porta anguli*. 8. *porta aquæ*. 9. *porta sterquilini*, per quam fimus & rudera in vallem Hinnon deicienda aut in hortorum usum efferebantur & sordes urbis in torrentem Cidron decarrebant &c. Conf. Schindler. *Lexic. pentaglott. p. 1912*. Non respicit autem Jeremias seorsim ad ullam harum portarum. Secundo notat & *portam tabernaculi*, quam septemplex fuisse, idem l. c. designat. Tertio notat *ipsas urbes*, quæ portus habent. *Deut. 12, 12. 15.* ubi est *in portis tuis*, Targum habet,

habet, *in urbibus tuis.* Deut. 17. 5. *educes virum illum ad portas tuas.* Targum. *ad urbes tuas.* Deut. 22. 15. *semen tuum hereditabit portas,* Targum, *urbes inimicorum tuorum.* Jerem. 15. 7. *dispergam eos ventilabro in terra portis,* Targum, *urbibus.* Notat quarto locum iudicij, quod in porta exercebatur & inde non procul erat locus plectendis maleficiis designatus. Targum vocat *portam domus iudicij.* Deut. 25. 7. Ruth. 4. 1. Deut. 21. 19. *portam Sanhedrin* Ruth. 3. 11. Sunt, qui huc referunt post Rabbi Saadiam Gaonem locum Dan. 2. 49. ubi juxta vulgatum dicitur, *Daniel erat in foribus Regis.* Junius & Tremellius. *Daniel v. praeerat portae Regis.* quasi ibi constitutum fuisset synedrium aliquod autoritate Regis. Ita Fr. Vatabl. in not. h. l. Schindler. Lex. l. e. qvi & huc refert Esth. 2. 9. 21. Refutant autem hanc interpretationem interpretes Maldonatus, Sanctius, Cornel. à Lap. Comm. h. l. ideo, quia in porta iudicia celebrare non Chaldaeorum, sed Iudaeorum fuit. & quia etiam apud Hebraeos non in portis Regis, sed in portis civitatis Iudices sedebant. Deut. 17. 5. c. 21. 19. c. 22. 11. Ruth. 4. 1. 2. Sam. 15. 2. & l. Quicquid a. sit de re ipsa, loca allegata non cogunt, ut de portis civitatis intelligere necesse sit. Deut. 17. 5. generaliter loquitur de portis iudicariis, ad quas, qui commiserunt rem pessimam, deducendi. Deut. 21. 19. filius immoriger jubetur deduci ad Seniores civitatis ad portam loci sui. Non a. ad portam civitatis restringitur. Deut. 22. 15. jubetur ut signa virginitatis ad Seniores civitatis ad portam deferantur, non a. portam civitatis exprimitur. Sic & Ruth. 4. 1. Boaz ascendit ad portam, non a. indicatur, quod ad portam civitatis ascenderit. Nec 2. Sam. 15. 2. Absalon dicitur steterisse secundam viam portae, per quam in civitatem itum, sed qua litem habenti veniebatur ad Regem in jus. Alias de Daniele verius est, quod dicitur, verbis illis indicari, eum fuisse summum praefectum praetorio & admissioalem, ut Imp. in codice vocant, maximum. Morem n. fuisse Chaldaeis & Persis, ut certis ransum Sarrapis ad Regem pateret aditus, neq. id promiscue, sed per aliquem eorum summa autoritate praeditum apud Regem. Ita Junius, Polanus. &c. Dubium tamen efficitur hoc per id. quod cap. 3. explicatur Si enim Daniel praetorio Praefectus fuit & maximus admissioalis, adeoq. consiliorum regionum moderator, qui factum, ut in omnes provincias regni ad omnes ordines emanaret in scio Daniele mandatum de colosso erecto omnibus adorando? Simplicius ergo dicitur, Danieli in porta regia aliquem, non tamen summum & intimum, locum fuisse datum Sed, ut ad suspiria Jeremiae revertamur, Targum portam, quam is rorantibus & plorantibus oculis respexit, portam Sanhedrin interpretatur. Dum vero senes requirit, dum senes in porta iudicij requirit, per quam exitus est & introitus omnis felicitatis in universam rempublicam, invenit portam senibus

vacuam, seu, ut cum textu loquamur, invenit *Sabbatum lamentabile*. חַטָּוֹת
 exclamat, quos ego pro salutis periclitantis statuminatione desidera-
 veram, & quam diu superstitis inq; officio cordatos alacresq; videram
 adhuc spem aliquam superesse persuasus fueram. חַטָּוֹת est *cessavit*
quievit, destitit, vacavit. Non est vacatio cessatioq; *legalis*, quam Jeremias indi-
 getat; non *criminalis*, qua scelerate porta judicij negligitur, & qui Senes esse de-
 bebant sapientiæ prudentiæq; gloria fulgentes, nebulones sunt & corruptores
 judicij: *Sed pœnalis*, qua iusto judicio eripit Deus è porta propter malignitatem
 hominum verè cordatos senes, prisca recti amantes. De simili sabbatho 2.
 Paral 36. 21 dicitur, impletum esse verbum Jehovæ dictum in ore Jeremiæ;
 donec acquievisset (non tantum porta judicij, sed etiam) terra sabbathis
 suis, omnibus diebus desolationis quievit, complendo LXX. annos.
 Chaldæus utitur rad. חַטָּוֹת *irritus, abolicus, sublatus fuit, periit*: ut violentiam
 ordini portarum sacrosancto illatam indicet. Vis ergo exclamationis
 gemituumq; sanctissimi Prophetæ Jeremiæ hæc est. Nunc ad ultimam *miseri-*
arum dirisimarum lineam in terra nostra & inprimis Hierosolymis omnia pro-
lapsa sunt. Rex periit, sacra sublata sunt, civitas dissipata, juvenus aut captiva aut
deleta, ararium exhaustum, armamentarium evacuatum, granarium exinanitum,
& quod ista omnia egregiè consiliis atq; constitutionibus refocillare poterat syn-
drium sive confessus sapientissimi Senatus periit, dissipatus est, pessundatus est, & se-
nes in eo annosa prudentia experienciæq; spectatissimi, fastidio presentium, præteri-
torum desiderio, futurorum metu extincti sunt. Rotundè Calp. Sanctius Cen-
tum puteol. paraph. Poet. lam. Jeremiæ mentem exprimit;

Si portas spectes, & quid mage nobile portis?

Sublati portas deseruere senes.

Deducere hic liceret *Senum necessitatem*, qua resp. iis sustentatur; *senum glo-*
riam, qua in republica merito eminent, *senum patrociniū*, quo sub pro-
 videntia cœlesti gaudent. *senum obligationem*, qua portis & judiciis synedriisq;
 obstricti sunt; *senum indolem*, qua in boni publici firmamentum feruntur;
senum quasi divinitatem, qua radiis æternæ majestatis in portis coruscant. Li-
 ceret colligere *senibus debitum*, & quidem *honoris*, quo ipsorum excolatur
 præstantia, *amoris*, quo ipsorum excipiatur utilitas, *obsequii*, quo ipsorum
 deferatur auctoritati, *memoriæ*, qua ipsorum merita illustria comprehendantur.
 Liceret animadvertere divinam clementiam *ex senum conservatione*; divinamq;
 iram *ex senum è portis suis subtractione*: ut merito cum Propheta, cum hoc fieri
 deprehendimus, exclamemus, SENES E PORTIS EXCESSERUNT:

magnum

magnum malum ingruit! Id profecto nuper nobis exclamandum fuerat, cum VENERANDUS SENEX, *magnificus, amplissimus & Excellentissimus Vir*, DN. HENRICVS Schuckmann, annosæ planè sapientiæ prudentiæq; *Juris consultus & Antecessor hujus Academiae*, a DEO opt. max. terminatore annorum mortalium, à nobis evocaretur. Sedit utiq; incomparabili cum gloria in porta Serenissimorum Mechlenburgensium Principum & Clarissimis consiliis publicam rem illustravit. Sedit in porta dicasterii provincialis, & sententiis rectissimis Principibus Ordinibusq; sese commendavit. Sedit in porta Auditorii Academici, & juventutem in bonum diversarum orbis patrium educandam instruxit. Sedit in porta Concilii Universitatis, & pro disciplina, privilegiis, bonoq; in omnibus ordine cordatissima promisit monita. Sedit in porta Collegii Juridici, & gravissimis responsis desiderium justitiæ longè lateq; tranquillavit. Sedit deniq; in porta Consistorii provincialis, & læpissime in ambiguis viam indicavit planissimam. Intelligimus ejus *necessitatem*, quo carere cogimur: *gloriam*, quæ nobis subtracta est, & quandam quasi *divinitatem*, qua passim plurima illustravit. Agnovimus divinum super eum *patrocinium*, quo tamdiu egregio publico servatus est. Complevit ille suam *obligationem*, qua tot annos orbi profuit. Secutus est suam *indolem*, qua, dum fuit, salutem se dispensavit publicæ. Debitum suum quisq; quantum bonus est solvit, & quæ adhuc licet solvere, deinceps solvet. Pertinet hoc ad hæreditatem clarissimorum ipsius Filiorum, *plurimum Reverendi, Amplissimorum & Excellentissimorum Virorum*, DN. D. HERMANNI, Theologi, & DN. D. CONRADI, Jurisconsulti, SCHUCKMANNORUM, amicorum nostrorum honoratissimorum, in qua tot nomina nondum expuncta inveniunt. Ego sanè me inter ista esse lubens profiteor, qui ipso in Academia & Consistorio fruebar Collega suavissimo. Dolui etiam maxime, cum XXIV. VIIbr. ab Investitura Episcopali Razenburgenfi & Mechlenburgica, qua pl Reverendum, *Amplissimum & excellentissimum virum*, DN. Joh. Frider. König/ Doctorem Theologum, introducere Principali autoritate jussus sum, domum reversus, in ipso vestibulo percepissem, PRÆCLARISSIMUM SENEM SCHVCKMANNVM illi funerationis suæ diem habuisse, quod è tot portis evocatum, officii mei cultibus non potue rim prosequi tam desideratissimum AMICUM. Quocirca ab eo tempore in omnem intentus fueram occasionem, qua amoris & honoris aliquod memento non adornare possem. Et ecce subito hisce diebus eam mihi suggestit *Nob. amplissimus & excellentissimus VIR*, DN. LAURENTIUS BODOKIUS, H. J. D. & Oratorie Prof. publ. clarissimus, dum de panegyrico

memoria

memoriae beate eminentiff. Dn. SCHUKMANNI dicando dicendog, sua consilia, quae
impulsu debitae venerationis conceperit, aperuit. Illico occasionem arri-
pui & ad indictionem panegyris me obtulis; & quidem tanto lubentius, quan-
to de CL. BODOKII stylo, tot Regum, Principum, illustrium heroum &
magnorum virorum laudibus exerciro commendatissimoq; majora praecleari-
oraq; polliceri poteram. Neq; dubito, quin felicissimus orator totius Se-
natus Academici, exterorumq; omnium, qui profectam aetatem aut habent,
aut habere merentur, mentem de nunquam non bonis recordationibus VE-
NERANDO SENE, e portis nostris omnium nostrum maxima complora-
tione evocato, expressurus sit, atq; ita de nobis omnibus praeclearissime me-
ricurus. Confluamus itaq; CIVES ACADEMICI, quotquot portas nostras
amamus, & in portis senes collocatos cupimus, & e portis eos avocariluge-
mus, & portis alios dari in votis habemus, & imaginem optimi ac meritis
innumeris clarissimi SENIS, artificio eloquentissimo depictam, frequen-
tia maxima veneremur. Tu imprimis frequens adesto JUVENTUS inclyta,
bono publico nata, quae nondum univrsam ambitum virtutum consumma-
rissimae Viri satis affecuta es, & memoriam ejus tibi fortiter imprime. Ma-
gna egeggii exempli vis est ad omnem vitae gubernationem. Quam tibi fau-
stissimam precamur. Erit talis, si per omnem aetatem prosperam tui me-
moriā, more B. SCHUKMANNI nostri, reliqueris. Raro bonae memoriae
Senes fiunt, qui maculatae fuerunt juvenes. Fiet panegyris die XXIX. Octobr.
Valete in Dom. quotquot vel in portis sedetis vel ad eas adspiratis.

Dat. Rostoch. Anno D. R. cl. lxx LVI.

XXVI. Oct.



magnum malum ingruit! Id profecto nuper nob
VENERANDUS SENEX, magnificus, ampliss
DN. HENRICVS Schuckmann, annoſæ plan
consultus & Antecessor hujus Academia, a DEO op
mortalium, à nobis evocaretur. Sedit utiq;
porta Serenissimorum Mechlenburgensium Princ
publicam rejm illustravit. Sedit in porta dicaster
rectissimis Principibus Ordinibusq; sese comme
torii Academici, & juventutem in bonum diver
dam instruxit. Sedit in porta Concilii Universit
giis, bonoq; in omnibus ordine cordatissima p
Collegii Juridici, & gravissimis responsis desic
tranquillavit. Sedit deniq; in porta Consistor
in ambiguis viam indicavit planissimam. Intell
carere cogimur: gloriam, quæ nobis subtracta est,
tem, qua passim plurima illustravit. Agnovim
cinium, quo tamdiu egregio publico servatus est
gationem, qua tot annos orbi profuit. Secutu
fuit, salutise dispensavit publicæ. Debitum su
solvit; & quæ adhuc licet solvere, deinceps so
ditatem clarissimorum ipsius Filiorum, plurim
& Excellentissimorum Virorum, Dn. D. HERMA
CONRADI, Jurisconsulti, SCHUCKMANNO
honoratissimorum, in qua tot nomina nondum
fanè me inter ista esse lubens profiteor, qui ipso
fruebar Collega svavissimo. Dôlvi etiam ma
Investitura Episcopali Razenburgensi & Mechle
Amplissimum & excellentissimum virum, Dn. Joh.
logum, introducere Principali autoritate jussus su
vestibulo percepissem, PRÆCLARISSIMUM
NVM illū funerationis suæ diem habuisse, quod
mei cultibus non potue rim prosequi tam deside
circa ab eo tempore in omnem intentus fueram
noris aliquod mnemotynon adornare possem.
eam mihi suggestit Nob. amplissimus & excellen
BODOKIUS, H. J. D. & Oratorie Prof. publ.

am fuerat, cum
lentissimus Vir,
identiaq; Juris
atore annorum
cum gloria in
simis consiliis
, & sententiis
in porta Audi
arium educan
iplina, privile
Sedit in porta
e longe lateq;
, & læpissime
cesitatem, quo
quasi divinita
per eum patro
ille suam obli
tem, qua, dum
atum bonus est
hoc ad hære
Amplissimorum
gi, & Dn. D.
um nostrorum
reniunt. Ego
& Consistorio
XIV. VIII. ab
pl Reverendum,
Doctorem Theo
versus, in ipso
SCHUCKMAN
locatum, officii
VICUM. Quo
a amoris & ho
to hisce diebus
. LAURENTIUS
am depanegyrico
memoria

